



CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Prot. N. 899/02/S

D.nus IOANNES PETRUS LENIHAN, presbyter Dioecesis Arausicanae in California, humiliter petit dispensationem a sacro coelibatu et ab omnibus oneribus sacrae Ordinationi conexas.

---

SS.mus D. N. IOANNES PAULUS, Papa II,

die 28 maii 2002

habita relatione de casu a Congregatione pro Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum, precibus annuit iuxta sequentes rationes:

1. Dispensationis Rescriptum, a competenti Ordinario oratori quamprimum notificandum ad normam n. 2:

a) *Effectum sortitur a momento notificationis;*

b) *Amplectitur inseparabiliter dispensationem a sacro coelibatu et simul amissionem status clericalis. Numquam oratori fas est duo illa elementa seiungere, seu prius accipere et alterum recusare;*

c) *Si vero orator est religiosus, Rescriptum concedit etiam dispensationem a votis;*

d) *Idemque insuper secumfert, quatenus opus sit, absolutionem a censuris.*

2. Notificatio dispensationis oratori fieri potest vel personaliter vel ab ipso Ordinario eiusve delegato aut per ecclesiasticum actuarium vel per "epistulas perscriptas" (raccomandata, certificada, enregistrée, registered, einschreiben). Ordinarius unum exemplar restituere debet rite ab oratore subsignatum ad fidem receptionis Rescripti dispensationis ac simul acceptationis eiusdem praeceptorum.

3. Notitia concessionis dispensationis adnotetur in libris baptizatorum parociae oratoris.

4. Quod attinet ad celebrationem canonici matrimonii, applicandae sunt normae quae in Codice Iuris Canonici statuuntur. Ordinarius vero curet ut res caute peragantur sine pompa vel exteriore apparatu.

5. Auctoritas ecclesiastica, cui pertinet Rescriptum oratori rite notificare, hunc enixe hortetur, ut vitam Populi Dei, ratione congruendi cum nova eius vivendi condicione, participet, aedificationem praestet et ita probum Ecclesiae filium se exhibeat. Simul autem eidem nota faciat ea quae sequuntur:

000100

a) *Presbyter dispensatus eo ipso amittit iura statui clericali propria, dignitates et officia ecclesiastica; ceteris obligationibus cum statu clericali conexas non amplius adstringitur;*

b) exclusus manet ab exercitio sacri ministerii, iis exceptis de quibus in can. 976 et 986 § 2 ac propterea nequit homiliam habere, nec potest officium gerere directivum in ambitu pastoralis neve munere administratoris parocchialis fungi;

c) item nullum munus absolvere potest in Seminariis et in Institutis equiparatis. In aliis Institutis studiorum gradus superioris, quocumque modo dependentibus ab Auctoritate ecclesiastica, munere directivo fungi nequit;

d) in Institutis studiorum gradus superioris ab Auctoritate ecclesiastica dependentibus necne, nullam disciplinam proprie theologiam vel cum ipsa intime conexam tradere potest;

e) in Institutis autem studiorum gradus inferioris dependentibus ab Auctoritate ecclesiastica munere directivo vel officio docendi disciplinam proprie theologiam fungi nequit. Eadem lege tenetur presbyter dispensatus in tradenda Religione in Institutis eiusdem generis non dependentibus ab Auctoritate ecclesiastica;

f) per se presbyter a sacerdotali coelibatu dispensatus et a fortiori matrimonio iunctus, abesse debet a locis in quibus eius antecedens conditio nota est nec ubique fungi potest servitio Lectoris et Acolythi aut distributionis eucharisticae communionis.

6. Ordinarius dioecesis domicilii vel commorationis oratoris, pro suo prudenti iudicio et propria onerata conscientia, auditis quibus interest et circumstantiis bene perpensis, dispensare potest ab aliquibus immo ab omnibus clausulis Rescripti quae supra sub litteris e, f, apponuntur.

7. Pro regula habeatur ut hae dispensationes non nisi transacto aliquo temporis spatio a notificatione amissionis status clericalis elargiantur ac scripto consignentur.

8. Denique oratori aliquod opus pietatis vel caritatis imponatur.

9. Tempore autem opportuno Ordinarius competens breviter ad Congregationem de peracta notificatione referat, et si qua tandem fidelium admiratio adsit, prudenti explanatione provideat.

Contrariis quibuscumque minime obstantibus.

Ex Aeditus Congregationis, die 28 maii 2002.

DE NOTIFICATIONE ORIGINALI

*Georgius A. Card. Medina Estévez*  
Georgius A. Card. Medina Estévez  
Praefectus

Congregationis asservatur.

Religione

*Franciscus Pius Tamburrino*  
+ Franciscus Pius Tamburrino  
Archiep. a Secretis

*P. Ferrera, Subs.*

Dies notificationis 21 June 2002

*John P. Ferrera*  
Subsignatio Oratoris in signum acceptationis

*Tom B. Brown*  
Subsignatio Ordinarii

000101